

CANCELLARIUS, DOCTORES ET MAGISTRI,
TOTAQUE UNIVERSITAS OXONIENSIS, OMNIBUS AD QUOS PRÆSENS HOC SCRIP-
tum Publicum pervenerit, Salutem in Domino sempiternam.

Cum suus Virtuti & Literatura debeat honor, & sapientia puriori, quã rationalis creatura proximè Creatori suo accedit, sanctior Reverentia, prout id bona Consuetudo omnibus seculis usitata continuis laudatissimis Exemplis evincit; Par nobis cum Illustrissimis & Antiquissimis Europæ Academiis cura semper incubuit, ut nec in impetores minusque dignos eandem conferre, nec de re Literariã insigniter meritis præcludere videremur. Quos inter Magnarum Totum, Raræque Doctrinæ Theologus, Nobis desideratus hospes, comparuit REVERENDISS. in Christo Pater: D. ADAM SAMUEL HARTMAN SS. Theologia Prof. Eccliarum Unit: Fr. S. per Majorem Poloniam & Prussiam Superintendens seu Episcopus. Ejus exploratã in multis colloquiis profundã Eruditione, solidã sanorum Sermonum Dei, Doctrinæ Apostolica Ecclesiastica Antiquitatis purioris peritiã, suavi & viro Dei dignã Eloquentiã, Gravitate, Modestiãque Theologiã, nec non apud Ecclesiam Reform. in Pol. M. s. cui magno more favemus, multumque ob servatam hæcenus Successionem Anglicam & puritatem, tribuimus, & singulari estimio ac meritis, placuit nobis in plenã Convocatione super eã re deliberantibus, ut in numerum DOCTORUM hujus Academia SS. Theologia Laureã redimitus, adscisceretur. Collatis præinde suffragiis, nemine contradicente Præfatum Reverendiss. Patrem à Regio Professore nostro Guil. JANE DE DE more solito nobis presentatum Confessui nostro accensuimus, & ad omnes immunitates ac Privilegia, quacunque ad Gradum DOCTORATUS in sanctã Theologiã, statutis Academicis spectant; ut eidem, tanquam Creato & Promoto SS. Theologia Doctori, Publicè docere, Disputare, Libros secundum hanc Facultatem & Veritatem Dei, scribere, approbare, censurãque suã ornare, Doctores & Baccalauros Theologia creare, ceterasque sublimis hujus officii ac Dignitatis partes, secundum leges Academicas liberè exequi licet, Actualiter, consuetis & solennitatibus admittimus. Quod Ecclesie & Reipublice litteraria Deus benè vertat, precamur! In Testimonium vero hujus rei presentes Litteras Nostras Sigillo Officii Cancellariatus Universitatis Oxoniensis, communimus. Dabamus Oxoniæ Nono die Octobris, Anno

M. DC. LXXX. R. S.

M. V. C. E. L. A. R. I. U. S. D. O. C. T. O. R. E. T. M. A. G. I. S. T. R. A.

TOTALI UNIVERSITATIS OXONIENSIS OMNIBUS QUOS PRAESNS HOC SCR.

John Rubricum peruenit. Saluum in Domino semper erit. ...

1680

BM



